

Planetarum diversis.

HANC partem doctrinae coelestium motuum, quae jam sequitur, vulgus Astronomorum vocare solet Passiones planetarum, quae nihil aliud sunt, quam varia quaedam *παθήματα*, seu accidentia, quae haecenus re-
 citatas hypothesas motuum, juxta quas docuit autem
 vera loca planetarum inquirere, comitantur. Por-
 ro haec accidentia commode distribui possunt in 5 ge-
 nera, ut patebit.

PRIMUM GENVS

PASSIONVM, SEV ACCI-

*dentium, quorum causa intel-**ligitur collatione eccentri-**ci & epicycli.*

PLANETA dicitur directus, quando
 linea veri motus eius secundum succes-
 sionem signorum progreditur. Retro-
 gradus autem contra. Stationarius
 vero, dum haec linea stare
 videtur.

Schema